

/ Admodum Reverende Pater. Verum est quod R.V. scribit, me semper erga Belgas optime affectum fuisse, apud quos septennium egi et semper ab iis amatus, eosdem vicissim semper amavi.

Quod conciones meae, quarum ego ne unam quidem habeo, et perisse  
5 omnes existimabam, apud R.V. v<sup>l</sup>iant, eique deserviant, laetor ex animo. Quod attinet ad D. Joannem Comitem de Nassau, mirati sumus illum venisse Romam sine literis principis alicujus, et in hac sua calamitate non confugisse ad Serenissimum Archiducem Albertum, vel ad principem Aurangium, quibus magis notus erat, quam Summo Pontifici.  
10 ci. Ego tamen obtuli literas R.V. eidem Pontifici, et narraui totam historiam. Sed cum Dominus Comes peteret pecunias ad aes alienum dissolvendum, quod ad undecim millia coronatorum ascendere ipse dicebat, Papa respondit, id se praestare non posse, praesertim hoc tempore, quo propter metum bellorum, oportet conscribere milites, et  
15 ad fines provinciarum custodiendos mittere. Quid praeterea erga illum actum sit, ex illo ipso R.V. facilius intelliget.

Vale Pater admodum R<sup>de</sup> mei memor in sanctis precibus. Datum Romae die 10 Junii 1613.

R.V.

20 Servus et frater in Christo

Robertus Card. lis Bellarminus.

P. Marcus Van der Tympel Societatis Jesu sacerdos.

---

(Adr.) Admodum R. do P. i P. Marco Ven den Tympel Soc. Jesu Sacerdoti.  
(cachet)

---

15 Bruxelles. Arch. Roy. Arch. Jes. Cart. Varia 20. Autogr.